




EXAMEN XXII
ÆGRORVM HIPPOCRATIS
QVEM EDIDIT ANNVM
AGENS LXXIII.

ILLVSTRISSIMO VIRO
IACOBO BONCOMPAGNO
VTRIVSQUE MILITIAE S. R. E.
Gubernatori Generali.

H. CARDANVS. S.P.D.



P V S C V L V M hoc Domine aggressus sum, ut non hec ipsa viginti duo Hippocratis solum exempla declararem: vel morborum & causarum historiam exindeque curationem docerem: aut etiam reliquorum viginti agrorum que ibidem a scripta sunt vel caterorum qui in libris Epidemiorum quoque super sint sed ut quod latebat reconditi aperirem. Et ut quium ex arte similibus observationibus illam augere valeret quod nostris temporibus tanto facilius fieri poterit & melius quanto arta nostra arte dissecandi corpora humana illustrior evasisse. At similia cum in arcana habenda sint cum lectione ipsa delectentur: merito sit ut quisque debeat talibus incumbere. Non tamen suadeo ut aliquis putans se communis bono culturum aggredi velit commentary commentarium, cum in tenebras venturus sit cimerias: nec maximò quantum volumen expleturus vel millesimam eorum praeceptorum que in hoc opere traduntur. Velut enim mathematici quanto maioribus agunt & pluribus de numeris tanto difficultius se explicant & facilius aberrant, ita in hoc negocio. Itaque hunc libellum cunctis disciplinis explicandis augendis illustrandisque accommodatum edere decreui. Et si quisque velit particule eius ut dixi fabricare commentariolum id illius usui futurum puto: modo id seruet Horatij ut nos inuenimus.

Sumite duntaxat partem qui scribitis equam.

Viribus.

Namque si pro uno quoque agro unum accepisti signum summa accedit ad MM M CXCIV. milliones regularum seu theorematum. Quid igitur fieri si omnia assumamur & singulis utamur, nomine numerus ad nos infinitus erit? Simpliciter non dicam. Ergo simul docuimus exemplum artis media cui haec inuentio adeo congruit, & est ut ita appellem symbolica: ut reliquas post se prater unam ciuilem procul relinquant maximè mathematicam, nam contemplati & mechanici artibus vocatis non tam frequenti est usui. Quia ex re difficultati conscribendi & intelligendi nostros consalimus. Itaque merito tibi inclite Heros tuisque egregius laudibus liber hic deberitur, ut cuius patrocinio author gratulatur, illius gloria ac fama immortali cedat.

*Examen XXII. Ægrorum Hippocratis,
quem edidit annua agens LXXIV.*

GALENVS immemor sui dicti ad eos introducuntur quod medica præcepta deberent esse utilia sanitati parandas, ut fini artis quæ habetur per abla-

tionem causæ libro de opt. secta ad Thrasibulum non declarauit in expositione librorum Epidemiorum causas signorū ab Hipp. commemoratorum. Vnde quid prodebet protest ad curam mera efficientis, si signum ipsum ne vngue lato oblitus ægrotanti, vt nec virina cruda. Cum autem signa ut huic proposito satisfaciunt, seu symptomata etiam sint seu non, alia quidem sunt communia

&

& quasi pathognomica si non prouersus alia superuenientia, horumque sint quatuor species, alia communiter notarum caularum: velut cruditatis in febribus quod plus dominatur calor præter naturam quam naturalis: istud autem est causa manifesta mortis. Alia sub his continentur velut sub delirio timor, tristitia, desperatio, & hæc addunt super delirium signum atræ bilis prædominantis, ideoque grauius periculum & difficiliorem eurationem si modo sanari contingat. Alia quæ sunt anticipia quæ sui natura bonum & malum significare possunt: ut rigor significat intermittentem: si non intermitat causam ignatam: & ideo quædam ex his cum sint quatuor generum, alia quorum vterque modus causam habet notam alia quorum unus tantum modus: alia quorum vtriusque modi causa ignota est: alia quorum causa diuerstatis perpetuitas est. Alia quæ sunt ynius modi & causam habent ignotam, ut sanguis paucus merus mortis.

Primi ergo ordinis in quo etiam communia comprehendendi possunt eiusmodi erunt febris & exacerbationes & species & symptomata propria quorum causæ sunt declaratae à Galeno & dignoscuntur per signa pathognomica, vigilæ, delirium, vrinatum genera omnia generalia ut ostia, cruda multa pauca bene colorata male crassa tenuis, fœtidæ turbata perspicua. Deiectioñes liquidæ crudæ sudor frigidus extremitates liquidæ ostendunt enim extinctionem caloris innati convulsio sitis lingui arida aut aspera vel nigra puerpera abortus fastidium, molestia, vomitus vitulentæ, capitulæ dolor surditas oblinio, strangulatio spiritus: omnes differentiæ simplices, iactatio anxietas defectus sputi non maturati nec eieci sine causa manifesta, vel etiam manifesta sed mala, cutis arida circumtensa: sub hris ergo secundi generis. Appello secundum ordinem eorum quæ sunt communia seu propria notarum caularum sed inchoata non perfecta, aut non per se nata accidere, sed dum transeunt in aliud aut illud significant. Tertiij autem ordinis, rigor, frigus extremitum sputamina, morbus regius papule rubræ, laßitudo perpetua, sudor, surditas, sopor turbata aliis ex tenib'bus, non sentire, horror. Anomala lumbrorum vel coxa dolor aut femoris vrina cum dolore mortax. Lingua nigra aspera absque sitina signum extinctionis caloris: sed tanquam à caula?

Quarti autem seu quod incertum habent caulam: stilla sanguinis morti: respiratio rara & magna exacerbationes patibus diebus: mera: spiritus sublimis: palpitationes in toto corpore, aut cordis. Præcordij intensitas, submollis & longa utriusque vel dextrum distentum seu sine dolore: seu cum dolore & inflammatione submollis aut sublimia: spiritus tenuis immittitus.

Igitur ut ab initio redeam ad propositum cum quatuor sint signorum genera: quorum uno prima causas iam habent notas ab aliis que declaratas: licet ut dixi: duorum sint genera communia & propria sed in hoc conveniunt quod sunt notarum causarum. Et in illis consideranda est sola magnitudo aut par-

uitas, sed in tertio continentur evidentera XVI. in Quarto XII. Quæ opere precium erit singula explicare. Sed prius è XLII. ægris quos proponit Hippocrates in Primo & Tertio Epidemiorum XXV. qui obiere nomina docere hoc modo.

Primi Epidemiorum.

1. Philiscus. 2. Silenus. 4. Philini vxor
8. Erasmus.

Hic præterimus nonum ægrum in quo nil peculiare sed multitudine materia & prauitate ac regresu ad membra principalia, ut obierit secunda die. Qua ratione omitimus VII. ac VIII. secundi & IV. ultimi, ut sint IV. qui omittuntur detracti à XXV. qui obierunt relinquuntur XXI. quorum historiam subteximus, atque antea Epilogum necessarium.

1. I. Dromedai vxor. 12. Quidam calescens Tertiij Epid. constitutione prima.
2. Hermocrates. 3. Qui in Dealcis horto.
4. Philistes. 6. Eurianæcis filia. 9. Apud Tisamenum. 10. Apud Pantimedem. 11. Abortiens. 12. In mendacium foro.

Constitutione ultima.

1. Parius. 2. Mulier quædam. 3. Python.
5. Calvus. 13. Apollonius. 14. Puerpera.

Husus cura fuisset omnino vel ab initio deplorata nisi vel balneo vel strenuo auxilio infra auocati fuissent menses. 15. Dealois vxori. 16. Adolescens Melibææ.

Eorum autem quatuor qui cum mortui sunt: historiam omisimus. scilicet ex primi ordinis VII. & VIII. secundi. Itemque IV. tertij. Primus ex multitudine nimia & prauitate cum motu vehementi obiit, nil forsan profuturis auxiliis si modo pharmaco vehementi, ut in Quinto tertij ordinis non venæ sectione villomodo. Septimus secundi ex angina palam ut caula nota fuerit. In hac si quid profuisset seccio vena ab initio inter vires, & morbum melius erat auxilium. Octauus autem ex magnitudine caularum procatarticatum magnitudinem antecedentium & coniunctarum declaravit. Magnitudo procatarticarum, infuetur: enim erat his laboribus: sed magnitudo symptomatum, & signum lethale in initio morbi, scilicet in tertia die. Difficile fuisset occurrere ob alium turbatum, cum sectione venæ quæ principio ipso opus fuisset, quale in præcedenti docuimus. Quod autem adiicitur præcordio intento submolle enarrabit infra. Semper autem symptomata mala quanto celerius aduenierint utique ad statum sunt periculosa: cum à validiore causa, & naturam impotentem ad coctiones reddant. Sed Quartus æger tertij ordinis (phreneticum eum appellavit: cum prima die delitauerit & virulenta vomuerit & capitis doluerit) non est ut exponam, sed in monographia huius narrationis. Cætera fuerint communia signa & notarum caularum. Jam vero sanandorum non reminiimus ea ratione quod constat illos debuisse sanari: Qui communes causas validas habuerunt: scilicet motum

vehementem materiam aut prauam aut valde propè membra principalia : nec multum admodum ; non abscessum aut inflammatorum loco principali , aut aptum prohibere cursum naturalem: Quibus vires validae sint: nec mali moris signa morbi nec in curatione error : Solius Tertij ægri secundæ constitutionis memoriam fecimus causas ob illas quas ibi narrabimus. Sed iam nunc ad ægiorum propositorum expositionem veniamus.

1. Philiscum quod mori debuerit signa aliqua primi generis & ab initio & post tum secundi & tertij declararunt : velut sudor qui non in melius morbum transmutauit,vnde non à tobo virium nec sola multitudine processit , sed æstu maximo cordis: vt nequæ virinatum nigratum exitus cum primum in tertia apparuerint. Hoc solus videtur lethale ab initio frigidus sudor in febre acuta:& spiritus reuocato similis, non tamen mortem in tertia die declarabant, nam spiritus reuocatus est qualis in plorantibus. Et nisi Hippocrates dixisset quasi reuocato , non quasi perpetuo , clarum esset omnia signa inflammati septi transuersi in parte sinistra affuisse, sed & sic plura fuerunt inflammati septi quam cerebri , cum etiam illud quasi perpetuo possit tam applicari magno & raro quam reuocato. Fundamentum hoc fuit ergo virinatum nigratum: calore cordis vehementer inflammato : sudoris frigidi: accessionum pariudierum; inquietis linguis nigrae: delirij nocturni: refrigerationis extremerum : spiratio erat magna ob necessitatem quia rara ob delirium latens. Partes enim que ortui neruorum sunt propinquæ possunt vitiari vt non recordentur sui munera: cum mediae quæ sunt prope ventriculos parum afficiantur nerui enim à latenter orientur. Ita sit ut quandoque homo deliret ex vaporibus absque virtu respiracionis, non nunquam contra quandoque vitrumque accidit , & tunc indicat totum laborare cerebrum. Solum restat ut doceamus cur profluxerit sanguis è naribus scilicet utrisque & merus. Ridicula est Galeni expositio merum per atrum exponentis : nam id est nigrum colorē pro puro sufficiendo & id etiam magis quod affirmet. Rubri sanguinis stillam in morbo extiali visam nunquam. Imo illud placet inflammatiois ad extitionem peruenientis indicium cum velut ex immodico cursu sanguis à natura excernitur liquefactus quasi attenuatus: cum nil ex inflammatâ parte secerit possit circundata tunica duriore , nam quibus effluit niger sanguis , hi postmodum eruentia si bene cedentes efficiunt , & saniosa inde cocta , multi que sic liberantur.

2. Silenus autem ferius obiit, & die impari huic adiecit atatem XX annorum ut ostenderet cur non in septima obiierit, quanquam mortuus similis euanescit, obmutuit etenim refrigerans extremis non resoluit, nihil minxit sed ob atatem transiit ad criticum sequentem. Idque primum : secundum cum dixit ignis id est febris valde ardēs seu calida corripuit , licet enim soleat primum in ephemoram ex motibus violentis cruditatibus

incidere prius, si tamen corpus fuerit præparatum per alios labores intempestiuos aut cruditates aut plenitudinem aut cacochemia statim incident ab ephemera in putridam vt Galenus affirmat hic in commento , & hæc duo valde benè tum multa alia , quod si in reliquis eadem præstisit ægris, nos magna cura liberaliter. Verum solum id addit in explicationis difficultatem quod locum mutat, ponit enim in fine commenti quod Hippocrates proposuerat in principio , sed tamen multa addit , quem Auerroës hac in parte turpiter in exponendo Aristotelem imitatus est: vt vix in viginti quinque commentis aliud inuenitis quam sequentis aut antecedentis textus Aristotelis verba transcripta: fœdo sane exemplo. Vnde constat Galenum multo melius intellexisse & diligentius exposuisse Hippocratem, quam Auerroëm Aristotelem: similiter & illud valde dictum quod ergo mutare non proposui ne benè dicta interpretando latinas vt Comicus ait fueram non bonas , super verbis enim illis Hippocratis. Hypochondrij contentio submollis virimque promissa ad umbilicum : cum perpetua palpitatione: inquit Galenus: iam etiam Hypochondrium illi perpetuo palpitate affirmauit: quod quidem turbationis vel delirij esse signum in libro Præfigiorum est dictum, videtur (huius) homini aliqua fuisse inflammatio in septo transuerso quam obrem dicit supra scripta verba : submolli enim id est subvacua citra minorem : qui sic vbi hypochondriae inflammantur, sed vbi inflammatione septi transuersi hypochondriū per continuatatem sursum trahitur absque tumore vt nil clarius primo die aliud bullosa mera : Putruerunt materiae communes quas in causa iecoris in mælareo intestinis ventriculo, lieneque & præcordiis ac renibus continebantur & accensæ sunt: Et simul quæ in gibba & venis magnis & etiam in ingularibus & arteriis ipsis. Et rufus ex inferioribus ad superiorē tendebant. Vnde primum tensio colli capitis lumborum grauitaque virine & alii excrementatione nigra : tum eversis coctionibus liquida tenuiaque & spuma, vigilie inde etiam delirium ex inflammatione affectionis pingues vt XII. Methodi erat enim febris colliquativa. Sed cur materia? Mera dicit Galenus quæ proprium retinent colorē absque alio admisto : hac lethalia, ostendunt enim consumptum omne utile humidum (aut corruptum) à putredine, aut si naturalis sit nil externi peccantis materiae & certè non posse eum humorem concoqui, concoctio enim fit solum à calore naturali , qui adesse non potest nisi in naturali etiam humido. Oportet igitur humidis naturalibus esse coniuncta : Vrina perlucida pauca mente constitut, hoc indicabat (quod alias dixi non semel) materiam ferri ad caput per quatuor venas jugulares : quo tempore (& perdurat raro ultra unam diem) neque delitant neque comate corripiuntur, nec dolore capitis laborant: neque pulsus opprimitur : cum materia non sit in termino ex quo id est circa cor, neque ad quem id est in capite, sed evidentur se bene habere, & astantibus etiam & medicis imperitis: cum tamen spiratio

Et 8. Me.
thod.

cap. 5.
2. in 6. Epid.
com 8.
7. Aphor 6.

spiratio

Examen XXII. Ægro, Hipp. 39

spiratio sic lœsa intei; & magis in hoc: cui
 inflammatio erat in septo transuerlo, octauo
 frigidus toto corpore sudor: & cum sudore
 papulae rubentes rotundæ parua varis similes
 permanebant, nec abscessum efficiebant.
 Hunc locum non planè assecutus est Galenus:
 exstinxit enim fuisse natura motum
 se exonerantis: quod si ita fuisset aut poterat
 liberari aut diutius ferre morbum. sed sunt
 immodicæ effervescitæ signum, ideo breui
 mortem afferunt, nam si sunt ex opere natu-
 ræ aut abcessum cum dolore efficiunt, aut
 papulas cum pruritu: & tunc & vim naturæ
 recte operantis ostendunt, & sensum quo
 percipit noxam: atque hi liberantur ut contra
 alijs pereunt. Quæ enim à contrariis sunt
 pars est sortiri debere contrarios exitus. Et
 que sortiuntur contrarios exitus etiam à
 contrariis causis ortum habere. Paucæ enim
 experimenta internorum morborum vidit
 Galenus & pauciora obseruauit: intentus
 chirurgiæ maximè inde medicamentorum
 compositioni. Simile est illud in precedentibus,
 quod accessiones fuerint pares unde id alias
 repetit Hippocrates, ut velit insinuare mor-
 bos qui exacerbabantur in diebus paribus esse
 lechaliores, ut in illo Tertij Epidemiorum:
 Virgo tamen liberata est. Dico ut habetur in
 tertio super Primū Epidemiorum. Qui dieb.
 paribus exacerbabantur morbi paribus indicatur.
 Et qui imparib. in paribus. Et manifestum
 est quod damnat morbos exacerbationes
 habentes soluta in acutis, cum dixit. Diebus
 paribus: At tales vel continuo increaserunt
 ne delitescere deberent: igitur duo mala
 habent sine quiete: vel si validior est par
 exacerbatio, cum motus à prima inchoauerit,
 duæ erunt sedes materiae: & etiam quia
 crisis fieri in die pari, quæ non anticipatur
 motu Lunæ. Præter id si in pari exacerbatur
 & sit maior, igitur duo incrementa simul ut
 in Quarta ad secundam, & naturali morbo-
 rum incremento ad tertiam: aliter non dicere-
 tur exacerbatio in paribus diebus maior.
 Vel die significare inflammationem iam fa-
 ctam, cum in prima die febris fuerit ex con-
 cursu humorum & ephemera instar. Aut
 contingit quod materia crassior in die pari
 mouetur post tenuem. Et hoc significat per-
 missiōnem eius cum humore crudo pituitoso
 aut melancholico: & cum ex natura humoris
 deberet esse minor: si non aliud obstaret
 quam frigiditas & crassitas: & fiat validior:
 indicium est maioris corruptionis & cauæ
 peioris: ideo indicat morbum esse lethalem.
 In Virgine illa fuit solum capitis grauitas &
 oculorum dolor ideo utrumque periculo vocauit.
 Conditiō enim in signo vel morbo aut
 symptomate lethali mortem significans, in
 non lethali non est signum mortis. Erat enim
 defluxio vrinæ restiterunt: causam huius de-
 clarat Galenus septima Aphorismorum. Et
 Tertio de symptomatum causis. Præcipue
 vel quia obturata loca per quæ venire ad ves-
 sicam debet: vel quia à calore consumpta aut
 alio translata, aut nimis mordax ut etiam in
 vlcere, aut transitus locus oculus, vel quoniam
 vis animalis torpet, aut refrigeratus lo-
 cus: aut ob plures ex his. Ergo in acutis ob
 copiolum sudorem alias dejectionem vel

etiam solum calorem verum hic causam do-
 cet cum dixit: vrinam reddebat cum dolore
 mordacem: unde verissimile est ob accidēm
 bilis fuisse suppressam. Sed dixerat iam antea
 quod quibus in stranguriam morbus com-
 mutatus est, eorum nullus perit. Adueren-
 dum hæc non apparuisse signa nisi cum iam
 mortus esset morbi ratione, licet superui-
 ret ob virtutem robur, fuit enim ut dixit Gale-
 nus, mors in VII. die, extremæ parum recale-
 scabant somni tenues. Hic notandum dari in
 lethali morbis quietem, tum ob horas
 diei, tum motum materia, tum astrorum
 dispositionem, tum ob comparationes
 caularum: & hæc est evidenter ex his cau-
 sis tum auxilia communia, velut diei pars
 prima: exacerbationis alleuiatio: hume-
 ratio corporis: Deiectio alui: exitus vrinarum:
 latititia, cibus & potus accommodatus:
 ut pote deiectio alui exitus vrinarum: utrum-
 que alleuiationis morbi, inde congressus
 amicorum ex quibus mollis cibi assumptio.
 Et exinde somnus leuis: & hæc magis in die-
 bus mirioribus ut XLI. & XVI. secundum
 Galenum. Quod si nulla fiat intermissione
 cesset est ut valde breui moriatur. Velut Cri-
 toni & Phrenetico illi qui in Quarta obit.
 Ultimo dixit vrinam multam & crassam
 minixisse, in qua similia farinæ subsidebant;
 Huius causam declarauit secundo Progn.
 quanguam deteriores statuat alias duas: ni-
 hilominus multa occurrerant: quomodo col-
 ligi & exprimi potuerit adeo proxima mor-
 te: fed tum liquet alleuum esse: magna enim
 mala, ut caligis virium, amissio vocis & men-
 tis, convulsio, spirandi difficultas, delirium &
 mors solent consequi motum materiae po-
 tius quam ipsam materiam: etiam si multa sit
 & prava. Hic quarum an praestitset in his
 duobus ægris mittere sanguinem? non cur
 non miserit: cum confit. sub magistro compo-
 situm hanc historiam, emendatam con-
 stanti ætate, productam in publicum iam eo
 senescente, immo non ab illo publicatam, sed
 potius à filii. Ergo suppositis inflammatio-
 nibus septi transuersi cum ad illius utri-
 tionem perueniant duo ramæ truncos qui ex
 iecoris causa ascendit per ipsum, & cordis
 inuidant, inuolucrum, dubium non est illis
 etiam diaisis in propagines ab eisdem nutriti
 detraicto sanguine maximi non modico
 alleuati inflammationem longè tutius, ac
 melius quam in peripneumonia. Omnis autem
 Hippocrates curam ut dixi, quoniam non
 erat sui munere, & neque sentiebant do-
 lorem, erat autem mos illis nemini mittere
 sanguinem, nisi partem inflamatam esse
 suspicarentur, nec suspicari facile poterant
 de illa, cum in parte carnosæ esset, quæ pa-
 rum aut nihil sentit: Ergo hic poterat euadere: de priore non est verissimile.

2. in primo.
 Epid. Tex. 4.
 & 79.

languen. 9.
 1. const.
 languen. 4.
 const. 1. Tex.
 & Com. 25.

Vesal. lib. 3.
 in fig. cap. 6.
 lit C. De-
 clar. in cap. 7
 post. prin.

3. Philini vxore: magnitudo & concursum
 signorum trium primorum, & puerperium
 declarabant mortem. Doloris cordis mentio
 docet non esse Hippocratis: cum os ventri-
 culi intelligat. Etsi in Aphorismis similem
 videatur admittere abusum, multum differt
 dicere cordis dolores vomiti levantur, &
 Socrati cordoluit. Verum inflammatus vte-
 ris dicere non auctor est. Cæterum constabat

D 2 mate

materiam sursum rapi, & cerebrum ex puer-
perio debile factum esse. Dolores enim ve-
hementer originem laddunt, si quis non ad-
moueret cum convulsionibus & obliuione,
mingat vrinam crassam & multam; admou-
nita crassam & albam, & cum sedimento
turbulento, velut in iumentis: sed non adeo
multa & non tam corrupta: Erat multa &
cunda materia, & magnus calor febilis, &
membralia principalia imbecillia, vnde nec
concoqui poterat nec subsidere: sed cerebra-
tur sursum. Palpitaciones in corpore erant ex
genero tertio signorum vel a flatu: hic a va-
pore in musculis video convulsionis initium,
catera nota.

4. Erasmus obiit in fine Quinta, neque enim horas subtrahere oportet, cum ut dixi à luna, usque ad X. vel XI. numerandis sint dies: & à XXI. supra præter XXVII. à sole. In eo omnia magna & afflida, idè ad mortem spectantia. In Quarta ramen commota bilis atra. Quæ superuenient ex secundo signorum genere, causa mortis inflammatio in præcordiis: symptoma convulsio afflida: In Quinta inflammatio corrumpita est: & materia per iugulares delata est ad cerebrum corde inflammato: idè mane resipuit, & recreatus est: sudauit perpetuè, idè breui obiit, non ob id dicunt. Signa decretoria que non decernunt: nam serius obiisset, sed ob cordis inflammationem: idè omnes qui ab initio morbi sudant perpetuè non remittentes quicquam intra quintam pereunt: eum praui morbi in septima occidant: tales autem non praui sed pessimi sunt. Fit & hoc quandoque & eadem causa à morbis valde lethalibus.

5. Dromedai vxorem : hac ex puerperio: febris petens caput & maligna: spiritus rarus & magnus: inflammatio in septo transuerso, & ad hypochondrium tendens: non erat morbus Epidemius, ex quo laborauit Clezomenitus etiam & Tertius qui sequitur, & in Thalo repetit sacerdos. Sudor frigidus hic in acuta febre primi est generis, nam frigidus sudor contingit aut à materia frigida, aut quavis causa refrigerata cute maximè ab aere, & latis cutis meatus. Et tunc non est extitialis immo sapientia sanatur, aut causa occidit, vel contingit refrigerato corde, ut in nimio defluere sanguinis, in dolore vehementi, timore, veneno, cum resolutione caloris naturalis, calor externus & contrarius innato adiungitur, tunc enim quamvis calore naturali extincto proprietatem habet prouocandi sudorem & dissoluendi corpus, quia solum cor facultatem habet sudorem prouocandi: Indicio quod plantæ non sudant, nec animalia exangua. Et tunc sudor talis est lethalis. Et idē rationes quas adduxit Galenus non sunt verae. Propterea mulier hæc sudavit toto corpore, quia cor nondum multum refrigeratum erat. Quarto materia deserto corde cecepit ascendere ad cerebrum. Permanuit materia in itinere ad serum visque. Tum sudavit toto corpore sed extrema etiam refrigerata, calor autem ille præter naturam fuit, & quandoque accidit ut non superfit calor naturalis nec præter naturam. Et tunc sudor frigidus redditur. Non rurquam enim in his

casibus contingit, ut homo mortuus diu circa peccatus calidus permaneatur.

6. Hic pertransit à prima ad quartam
quasi absque incremento: iuuatus est enim
multum à vomitu, sicut à potu scilicet lar-
giore offensus est. Vrina oleaginea dissolu-
tionem, vt pinguis egelio ostendit & nobi-
liorum partium, multa quidem vnum maluni
mains, pauca minus. Sed duo mala, lumbrici
prodierunt V II. die obiit X I. Credendum
est quod viui cum non adiecerit mortuos.
Dicebat tamen Hafen. Vermes in acutis sunt
mali, minus tamen in declinatione quam ante,
& viui quam mortui. Dico quod vermes
in initio & ad statum debent comparari, &
qui apparent ab initio (vt dicit Sauonarola
quem alij etiam sequuti sunt) viui significant
morbum perniciolum, & quem ob veneno-
sam qualitatem perfere non possunt, mor-
tui vero non mali, quia à natura expelluntur.
In augmentis autem: fine & statu, contra
boni viui, non enim possunt pati caloris magni-
tudinem, & bilis amaritudinem, & sitim:
mortui autem mali quoniam indicant prau-
itatem materiae, sudavit multum, febre catere
visus est, non multum dormiuit: Hic impari-
bus diebus exacerbabatur: sicut crisis non re-
spondens accessioni. Vnde alias dictum est
in lethali morbo posse partis inflammatio-
nem recte suppurari, ideoque & composita
febris vnam illa tamen non prostris abscedit:
Propterea dixit (visus est) Deprehendimus
quod referente magistro Hippocrate tamen
cum terigisset non subscrivente: neque par-
fuit vt scriberet se cum illo contendisse. A
somno sputis vomitus, qui subsequutus est
indictum & propriè nigrorum. Vespere vo-
muit nigra pauca biliosa id est adulstione
mutata. Non tamen mortuus est in nona, vt
prædicere Aphorismus. Nam inquit de ni-
gra bile aut velut sanguis id est splendida, at
neutrum hic scribit, id est etiam neque ve-
rum ob id superfuit vsque ad X I. nam cum
dicit, Decimo crura dolerunt: quia erat par-
dies, & in quo natura illi fuerat.

7. Hermocrates hic omnia signa habuit ab initio biliosi & grauis morbi ac tendentis ad caput cum suspicione inflammationis iecoris, aut proxima partis velut menti quia illi iungitur. Et rerum quidem difficultum nihil attingit Galenus. Nam procul dubio haec materia turgens erat qua medicamento potenti veniebat euacuanda, quod si illa iam in venis iecoris refederat aut detrufa in illius substantiam, actum fuit nisi aut summa inedia vel prisa ne cremore cum mercuriali locus esset lingua adusta id est siccata vel nigra, sed hoc dixisset: potius arida: hoc cum esset sine magna siti, vel initium perturbationis mentis, à qua non multum aberat, vel extinctionem facultatis appetituæ, nec id longius, est enim & illa animalis sensibilis vel materiam crassam & sicciam sed minimè igneam portendebat: id antem non raro accidit. Vnde in initiis febrium non est lethale signum: sed si persequetur & ardens fuerit febris: sed hic neque principium excesserat, neque admodum: ardens erat febris. Recte dicit per hypochondrium, dextrum debere intelligi: presertim cum auriginosus euerterit. Depositi-

XVI. Testij
Tract s c I.
In fine.

4. Aphor 2.

7.

Examen XII. Aegro, Hipp.

41

tæ vrinæ non subsidebant. Tria sunt genera
vrinarum turbatarum quæ non subidunt,
vnus quod remanet ut mingitur, ut in vera
petitientia: secundum quod glomeratur in
rotundum, & est turbulentum, quasi sparsus
sit in eum puluis, tertium quod residet ut
materia crassa, omnia hæc vaporibus con-
stant, id est deferti materiam ad caput aut
moueri saltem multitudinem vaporum cum
enim materia à calore naturali subacta est,
efficit sedimentum, si non sit subacta nec à
calore diuidatur post tempus infundo macu-
læ residet: si calor violentus in illam egerit
& tenuis fuerit nullum contentum aut exile
ac paucum relinquitur in vrina: si pulueru-
lentum vbique exultus ac caliginosus & ter-
reus vapor per vrinam sparius agitur: si vis
caloris naturalis aliqua viget in corpore re-
voluitur in globum & supernat: si proflus
descendit pauciores evadunt, nam magis
terreus humor est qui patruat. Cum tranteat
ex prima die ad quintam, verisimile est ni-
hil noui interim accidisse, cum vero in sexto
eualerit in morbum æruginolum, tria neces-
se est contigilis: materiam in iecur consedisse,
& venis eius: & crudam quia ante septi-
mam nisi admodum pauca & leuis: sed cum
hanc transmutationem secrete sint vrinæ
tenues, & qua non subsideant, septimaque
dies grauis & sopor in XI. oportuit ibi inflam-
mationem led paupam factam fuisse
collecta in vnum materia, & in illius catenam
intrula. Sopor autem quoad locum hunc at-
tinget trifariam fit, aut ex dulci humido ad ce-
rebrum delato: aut refrigerato primo princi-
pio id est cerebro, aut vaporum multitudine
confertim ad ipsum delata iuxta eorum na-
turam crudi dulces atri feruidi valde mobi-
les humidi crassi & vt plurimum misti sit, &
ob virium imbecillitatem cum siccitate qui
est pessimus, cum qui delasatis accidat non
malus sit & quotidiani experimenti ut in
fossoribus. Vila sunt XI. die cuncta remissa
ut etiam supra dixi de iugularibus: erat enim
initium tuberculi in iecore. Et eodem modo
in XI. V. Concludit Galenus soporem illum
fuisse vel ex refrigeratione principij, hoc
non benè cum causa non appareat quod fo-
ret lethalis, quia à calore: est enim anomala
& principalis, à calore frigus, & à fisco
humidum non contra, subtilitas illa ridicula
est coepit sopor, quoniam antea mingebat
vrinam crassam & à quinta ad XI. I. tenuem.
Quid ergo si rursum crassam mingere coepit?
sed facessat inter tot maxima præterita. Dic
XVII. (duo pus conficitur, imò dum purre-
scit dolores ac febres fiunt) si rectè vixisset:
nam quomodo non constat, nec est verisimile
& rectè curatus fuisse potuit liberari,
quando vel sic tam serò obierit? Quæ indica-
tio autem fuit in vigesima? Decet dicens. Iter-
um iudicatus est & febre liberatus non su-
danit: De vrinis credendum est igitur muta-
tas esse, sed manst sopor, lingua arida absque
situ, à cibo abhorruit, & loqui nō valebat [a-
fis nervis sexti & tertii parisi: & cerebri par-
te ortui illorum proxima. Verum Galenus
totum hoc ad naturalem facultatem trahit
animali prætermissa: unde nec meminit quod
dixerit (loqui non valebat) cum id retrahat

ad somnolentiam: sed quid etiam de surditate? Animaduertit quod obicit præcedente alio lubrica cum multis tenuibus extremitatis. Inter præcipuos errores, quia quam multi sunt, duo proximi fuere præter dictos. Primus quod non animaduertit maximam cordis imbecillitatem ob quam nunquam sudauit. Sudor enim omnis à corde est. Facultas naturalis erat satis mediocris: sed proflus à vitali destituta, nihil in animali sanguineo quale est homo perficere poterat. Quod si quis pulsus noritiam habuisset, & illius arteriam tetigisset, inuenisset miras differentias anomalias, & omnes ad imbecillitatem tendentes. Alter, quod existimauerit deiectionem appetitus pertinere ad facultatem naturalem, cum principalis nulla & per se fuerit, sed partim in ventriculo à iecore, & partim à cerebro. Quod verò redigat librationem à febre in extinctionem caloris naturalis, cum in XIV. primum euenerit, & ab ea die in XIV. obierit planè fatuum est: recipere cauam propemodum mirificam, & relin-
quere tot alias, præsertim cum dixerit: (Pro-
ximis diebus febris acuta) quomodo fetris
acuta pridie quam obierit, si in XII. ante die-
bus desierat ob extinctionem innati caloris?
Dico ergo desistere collecta inflammatione
inde cessante motu: secundo cessante suppu-
ratione aut corruptione (vtroque enim mo-
do obire potuit) Tertio pus aut sanies spar-
sam in XXIV. & tunc cum cor esset debile,
& cerebrum & sanies sparsa fuit: aut si pus
in profundo carnis iecoris fuit corruptum,
vt Albucassis docet noua corruptione velut
in conclusis sub fimo excalefcisse corpus iecoris
& omne venosum genus: spargendo
vaporum putridorum immensam congeriem
ad reliqua membra principalia, iam vt dixi
imbecillia sive quasi repente adficio tōto
ruente extinctum.

8. Qui in Dealcis. Placuit vniuersa vnius
qui pro morituro habere potuit & sanatus
est historiam ascribere, nam in secunda die
meris sanguinis stilla ex sinistra manauit cum
in dextrâ diu capitidis parte laborasset. Ter-
tium signum oculi dextri distorsio in nona
& XXIX. Quartum vrina cum subsidentia
liuida. Et in XV. & XVI ac XVII. pravae &
in XXVII. ac XXIX. Quintum de aliis ex-
crementis quæ deteriora fuerunt omnibus
aliis, nigra, liuida, tenuia, spumosa, pinguis,
graucoleolenta, ferme per totum morbum, licet
non omnia semper sed maxime tertio, quin-
to, sexto, septimo, octauo, XV. XVII. At &
delirium frequens quartu, quinto, sexto, sed
maxime XIV. XVI. XVII. XVIII. XXI. sed
& sopore correptus est (idque septimum le-
thale signum & primi generis in acutis)
Tertia die & XVIII. sed octauum erat su-
dor circa caput & claviculas in quarta. No-
num fuit de hypochondrio dextro submolli-
ter distento in eadem die quarta & XX I.
cum tum etiam ad umbilicum esset perpetua
palpitatio. Decimum fuit vomitus in quarta
biliosorum flavorum paucorum post viru-
lentorum. Fuerant & alia mala ut ægre sur-
gere etiam à tercia die, & vigiliæ ac lingua arida. Noster Galenus nullam fugæ viam in-
ueniens rugatur, sed audi cuius seruatus sit.

Primum non fuit signum ullum inflammatio*n*s sed potius decubitus ad ienem & coxam seu crux dextrum & hoc solum animaduertisse Galenus videtur: sed ad seruandum illum non sufficiebat aduersus tot causas morbosque potentes & signa praua. Sed audi principalia. Primum fuit defuisse anomaliam vtpote non sudor frigidus, non ariditas linguae sine siti, non excretio multorum cum delectione appetitus, non sopor magnus cum acumine febris: nam in tertia dixit non-nihil, non simpliciter. In XVIII. non dixit quod febre laborauerit acuta. Tertium fuit quod natura semper fuit sollicita ad transmittendum materias ad membra ignobiliora, quando secus non potuit: sed principaliter tentauit omne genus evacuationis per sanguinem narium, per vomitum saepius per aluum, & sudorem. Et idem nullum fuit signum constans validum, oportet autem lethalia signa aut perseverare aut alleuiare sine excretionis nota. Quartum quod membra nutritionis erant quae proprie*t* laborabant lien ventriculus intestina mesentaria. Et idem palpitatio illa fuit ex motu materia*e* ad intestina: unde postmodum collecta deiecta est, licet multo post. Et forsan edema ibi genitum fuit & in XX. diebus suppuratum & electum est. Et hoc valde verisimile: quia mihi hac hyeme contigit in colo intestino: & sanatio producta est pluribus diebus. Solum restat dubium de diebus iudicatoriis in quibus semper deterius habuit, vt in I V. XIV. XVII. solum à X X. cœpit in melius commutari, & in X I. commode satis. Vnde dicendum quod clare obiiset, si ante X L. natura plene crism tentasset: sed ob robur virium, & quia du iam morbo destinebatur, & diligenter curatus fuit: quod evidens est ex narratione, nam omnia magis ad amissi*n* obseruata sunt. Hoc ergo ultimum fuit rationale. Aliud etiam aduentum est maximi momenti, quod pleraque ex istis fuere symptomata non signa, vt vomitus deiectio & cetera. Et si obiicias de mutatione lateris quae fuit anomalia: Et similiter de motu materia*e* in tenuitate vrinarum? Et de sanguinis meti stilla: dico quod morbus est productus diu, & ob id nullam praterquam de vrinis significacionem validam obtinuit. Vrina autem non multum poterant, quia materia illa vt dixi continebatur in ventre inferiore, & omnia illa nigra cesserunt commode, quoniam à splene veniebant: nam materia iam erat in motu ad illum. Obserua etiam quod materia*e* communes si possunt educi per medicamentum recte agendo in initio etiam à natura. Et idem hæc historia est materia*e* turgentis, ob id cessare debet admiratio omnis quae Galenum frustra detinuit: Et si ab initio purgatus fuisset non adeo tam multa in animo veritata fuissent.

9. Philista. Redeo ad ordinem: in hoc iecur & cerebrum, ac simul ex signo: nam illa ex causis) septum transversum laborauit. Virulentos vomitus tum ab incendio iecoris, tum cerebro compatiente sunt. Diebus paribus exacerbatus est: obiit tamen in impari, quia exacerbatio fuit à convulsionibus quae quandoque nullam moram præbent, si

vites sint imbecilles: si validæ die critica sequenti si mediocres die sequente, morbus inflammatio septi transuersi, lectio venæ ob validas cruditates iuare non poterat purgatio proper cerebrum iam occupatum. Sed & virulentum hi verterunt quasi minus æruginoso: cum potius de odore dicatur quam de colore.

10. Eurianactis filiam. Hic non est morbi acuti casus: nec facilè est diuinare, quot diebus intercepta fuerit, nec numerandi mos Hippocraticus est. Tabula fuit hæc virgo subiecta tussi ac distillationibus acribus multis tenuibus & prauis, in qua emortua est vis naturalis inquit Galenus, appetendi tam cibos quam potus: sed & animalis cum coqueret expelleret certè: fieri potest vt ex longa distillatione crebra acri corrupta sit, & ventriculi facultas & iecoris etiam vt simul deperierint appetit tam potus quam etiā cibi. Numerus dierum constat altero duorum VI. XVII. modorum vt obierit in XXIII. aut X X V. X X I I I. certè, nam cum dicit XII. & VII. à die illa si computantur termini fuerunt X X I I I. si ab illo XXV. Adnumeravit hanc ob sequentem (vt reor) que angina laborauit: tanquam affinibus morbis. An verò magis naturalis quam animalis vis: quid naturali cum distillatione: & cur sola vis appetendi: & maximè quod neque potum desideraret: verisimilius est utramque simul: idem in appetendi functione ambas coniunctas eam prorsus aboleuisse cum secus raro accidat vt tota extinguitur. Mens ergo Hippocratis (si modo Hippocrates hunc ægrotantem inter suos recensuit) est: vt terra heret quoquomodo dies hos ad numerum criticorum per partes. Quod vero Galenus *dat. l.* in tot modos & confuse tamen distinguat accepe tem: bonus appetitus est qui solita hora absente etiam cibo boni aut saltē consueti cupidum facit. Secundo loco eum euariat: Tertiò cum nullius praesentis est: Quartò cum nullius est: si tamen in memoriam reuocetur qui placet, oblatum moderatè sumit. Quintò si offerri postulat, sed non suscipit. Sexto loco cum neque afferi prorsus vult.

11. Quæ ad Tisanenem. Sequitur de ileo id est inflammatio intestini tenuis, plerumque enim in eo (licet & in aliis) fit. Indicia febris, dolor, vomitus secum, frigus extremerum. Reuoca quod sexta Aphorismorum dictum est de lipyrii. In his meminit Galenus sectionis vena: si ipse expertum affirmaret auxilium crederem: secus cum vena intestinorum cum caua vena iecoris nil habeant commercij: cum maximè indigeamus viribus peracutus sit: cum videamus oris ventriculi summam (& idem omnium membrorum nobilium) imbecillitatem, & membris in iuventa me curasse Prolixenam adolescentem ex huiusmodi morbo absque vene sectione, quæ iam biduo feces vomeret, non habeo quod dicam de hoc. Vnum est præter solita signa ventris durities quædam vt lapis, aut saltē vt tympanum proprium & lethale signum, postquam alias sunt quasi huic morbo pathognomica. Quomodo autem in membro exangui fiat inflammatio ostendit doloris acerbitas summa.

12. Apud

12. Apud Pancimedem. Mulier cum abortierit peius affecta fuit, quam si fuisset puerpera, idè laborauit morbo acuto cum labore partus cum symptomatibus abortus. Quod vero sponte aut casu abortierit ex signis est tertij modi. Primum potuit esse ex infantis imbecillitate, hoc minus malum quia si casu: Et contra si ex humorum prauitatem deterius quam si casu. Animaduertendum quod præter hæc cum morbus fuerit valde acutus, & idè indigebat coctione celerima: excrementorum autem tenuitas tanta & tam generalis facultatis naturalis ad quam coctio & separatio & crisis pertinent summatim imbecillitatem declarabat, si ad exitum respicias mortem certam: si tempus quo peracutas febres exterminantur: septimam diem: cum facultas expultrix esset valida signum fuit bonum: quod tamen sollicitando mortem acceleravit. Reliqua plana sunt, obiit enim ex magnitudine causarum & symptomatum & naturæ morbi. At de his sermonem me non habiturum ab initio præfatus sum: nec nugari in litterulis nullius vultus placet.

13. In hac fuit retenta materia ideo plura symptomata, non tamen adeò debilitata, sed res peruenit ad phrenitum. Signa propria lethalia cœperunt à quarta die, oculus dexter distortus: sudor frigidus secundum caput & extremitates frigidæ. Quartum de tyrium: in Quinta deiectiones multæ & merae: virinæ paucæ tenuæ, sed subnigræ: De paucitate mirum non fuit cum deiectiones multæ forent in alio, considerare oportet quod exacerbabatur in imparibus: sed quoniam quartæ licet sit par, est tamen indicatrix, idè in quartâ licet fuerit exacerbatus morbus in sexta per eadem transiit, & mortem ad sequentem diem transtulit, imparem criticam & longius distantem ab initio morbi lethalis & in deterius labentis perpetuò. Ideò si quis dicat quæ dies est perniciösis sexa an octaua? dicam sextum ostendere saeuorem morbum, octauam occurtere viribus imbecillioribus, propter errores tamen sexta plures occidere confusevit. Hæc igitur comparatur præcedenti vtriaque ex abortu: sed illa ex morbo propriæ ad vires comparato: Prior ut putat Galenus secundo aut tertio mense, hæc quinto abortit: limbæ dolor tametsi in præcedente non sit subsequetus ob foetus paruitatem, in hac accidit. Quæ enim abortiunt alia large expurgantur, quod optimum est illis: alia lumborum dolorem incurront quod periculo non vacat: alia febricitant & vresus & caput si vexetur, raro euadunt. Phreneticum fuisse Galenus affirmat, Ex sudore paucò frigido circa caput & cum delirio hoc non definit solum quid sit, nam constat esse delirium constans: sed an cerebri inflammatio alias dictum est, vt præsenti proposito satisfaciat dicimus ex primo Prothætico. Et introductorio phrenitum esse bilem cum delirio perpetuo ex bile flava in cerebro vel eius membranis, aut saltem in lepto transferro coaceruasa. Et hæc sententia proxima est veritati. Galenus autem illum quid esset ignorauit: aut locus in quo id docuit, injuria temporum excidit. Et

hæc est vna ex his quæ vix sanari potuissent etiam si ab initio admota fuissent auxilia. Verissimile enim est ex prauitate humorum abortis integrum cum festio venæ tot humoribus prænis extra venas positis illos intro traxisset purgatio non sufficeret extra educere ob dolores & concursum ad vterum relinquebatur vnicæ spes in morbi longitidine minimè expellenda.

14. In mendacium foro. In hac præter signa communia puerpera secunda & in fine XII. In XI. quoque malus vomitus XII. & XIII. itidem, sed peiora per vomitum singultus convulsionem ventriculi ostendebat, quamus per se sit signum tertij ordinis: solum restat vt de sanguine narium vt in con gruo morienti: cum ipsum calidum, & à natura protrusum, & cuius finis causa indica re debemus? Non expurgatam probè, cum die partas febris inualerit planum est: redundauit ad caput in hora mortis quod erat paratum iuxta præcordia, & vt in lac transiret: ob iuuentam enim & sanguinio tenuitatem expressum fuit & collectum iuxta faciem, & venæ iugulares forsan intumuerat, adeò vt vel constitutione mortis, aut evaporatione inflammationis: & vel laxitate oris venarum, aut tenuitate sanguinis efflu xerit singuli modi sunt satis: vnde in qua tuor deueniunt.

14.

15. Pariū. Cum legerem ab initio histriam huius dicebam mecum, hic potuit sanari si rectè curatus fuisset: Verum cum occurisset verbis illis: Repetit febris si quando intermitteret essetque lenior, nam ferculis multis vicioisque vtebatur. Non solum admirabar de iudicio huiusmodi, quod homines etiam vident in rebus fortuitis sa pius contingere: sed confirmatus sum in opinione. Operè pretium igitur me factum video, si qui agri ex his qui moriuntur serò seruari possunt breui diffiniero. Hoc autem à notissimis incipiendosi diffiniemus. Morbi qui ex compositione pendent & eo modo substantia corrupta intereunt, serò tam eni, vt fistulæ internæ & carcinomata se: interna, siccitates præterea vt ventriculi vel pulmonis. Et sub his comprehenduntur se nes vltimi seni, in his parua aut nulla spes superest sanandi illos etiam triennio super essent. Et generaliter omnes qui insanabilibus morbis laborant, velut ex raritate substancie. At quidam morbi materiali sunt qui comparati ad homines vel ob ætatem, vel ob structuram, vel ob symptomata præcipue vigilias aut seruitutem, aut vita genus, qui diutius proferuntur nec tamen lanari possunt. Indicium ergo spei est aliquando verè meliusse habere in omnibus omnia enim sunt mutabiliæ. Igitur in Paro hoc cum dixit febris continua & ardens, declarat quod genus acutæ fuerit: cum dixit sopo rös & in somnis declarauit vaporum ascendentium diuersitatem in calore, & frigore, non tamen siccitatem excedentem, nam dormiit: siccitas autem non tollitur maxime breui. In sexta omnia corrueunt: Delirium excrements omni pinguis in suo genere. In octauo sanguinis stilla, vomitus malus. Par erat vt decimo grauaretur: non accidit:

15.

3. Epid. 1.
primi ordinis.

accidit, imò alleuiatus est, XII. tamen vrinæ & deiectiones deteriores (sed cum symptomatis potius quam signi rationem obtinuerint, & multæ sunt, potius pro bonis quam malis habendæ, exonerata enim natura à maternis communibus concoquit licet non antea) febris acuta. XI. & XVII. non bene, cū vtroque die sudauerit. A cibo abhorruit, soporofus erat, ambo vel letharia vel lingitudinis morbi signa. Quin etiam casu quodam cibi abominationis mortis causa est, quod prauis ægri vel astantes vti velint. At XXXIV. à febre fuit liber, aliud tamen non substitut: rediit calor sed liberior fuit in XL. verum à cibo abhorruit, quod signum erat prauorum humorum communicantium ori ventriculi id præcipue ex distillatione, si à cerebro: vel à ventriculo ex mala victus ratione quod minus malum est, aut sine: Ex icore vel liene, fuit autem, vt testatur ex mala victus ratione ex parte faltem. Postmodum reuertebantur febres inconstantia ordine. Circa reciduas deliria vrinæ crassæ sed malæ & eonturbatae. Deiectiones autem contra multæ sed tenues: febres continuae cum aliud subsideret cruda & feruida, quod soleo damnare in Romanis vinis quæ cruda sunt & feruida, vt augent simul & bilem flauam & crassos humores, vt nil perniciosius. Duabus antithesibus quod potuit malum docuit. Verum præcipua causa harum materierum fuit calida temperies non expers putredinis in icore & ob id imbecillitas, & ex vtroque, & ab effectu, & ab origine in codem obstructio. Si quis huic sanguinem misisset secundum rationem fecisset. Superest vt dicamus de vrinis oleagineis, illæ conspicuntur in hec cisis manifestæ vt etiam pingues: ergo dubitatio Galeni est ex suis: nam omnis vrina oleagina est ob colligationem solidorum & pessima, non tamen omnis vrina quæ videtur oleagina: ergo dubitatio est nulla: cum sit solum de comparatione nominum Galeno consueta, qui composuit tot libros, vt ipse testatur de Grammatica, & vbiique talem se præstat, nec hoc dico quod ipsum ignorantia damnum, sed quod ob nimiam in illis eruditionem & studium minus se exercuit in seruis & utilioribus: quomodo autem vna ab altera dignocatur ad libros eius argumenti pertinet.

16. In Thalo ad frigidam, Corollarium hic tractationi præponi debet: plus enim continet quam illa, vrinæ huius perpetuæ nigra erant tenuesque & aquosæ, soporque conseqebaratur, cibum non sumebat, animo erat deiecto, insomnis, iracunda, implacida, melancholica. Ergo quod ad historiam attinet hæc quarta puerpera fuit quæ iam dum in utero gereret ægra, non purgata in partu, ideoque tercia die ab illo febre acuta corupta: octaua die plurimum omnia exacerbata sunt delirio & deiectionibus prauis. Cum vero morbus XXVII. die in dextrum corendicem diuturno & graui dolore decubuisse: in XL. remisi, cum vrinarum tamen cruditate, & mutatus est in tussim magnam & humidam quæ LX. cessarunt nullo signo coctionis præcedente, nulla euacuatione, nullaque transmutatione succedente, verum maxilla dextra contracta est, & subsecutus

sopor ac delirium, abhorruit à cibis, cumque rediisset & febris & maxilla ad locum suum, manifestum fuit imminere mortem: obmutuit ergo, inde ad mentem rediit, die LXXX. obiit. Hic habes omnia aperta, causam mortis, contractionem defluxionis ex femore ad pectus, post ex pectori ad maxillam: tertio ex maxilla ad ventriculos cerebri post ex illis loquuta est. Vt hoc solum relinquatur mirabile (nam de reditu illo ad superiora potuit esse copia cibi, aut frigus vel animi moror, vnum quod si tum rectè curata fuisset non obiisset) ideo hoc solum declarandum, & cur in VIII. die ad eò exacerbata sit. Primum quidem magnam & nobilem difficultatem habet: contingit enim plurimis paucis ante horis quam moriantur, vt videantur resipere & melius se habere, quod non ex mutatione materiei accidit: tam parum enim ante mortem quænam mutatio accidere potest? id ergo alia ex causa renotatis spiritibus ob labores continuè passos tamdiu, & resolutas vindique vires. Vnde circa cordis meditullium & cerebri regiam congregantur, tuncque & nota rectè præscribunt, & de futuris quandoque admiranda præslagia dicunt. Ad diem verd octauam producta est grauis symptomatum accessio, quoniam materia crassa erat, & vires satis robustæ, vnde morbus etiam diuturnus evanescit, & anceps iudicium cum multis mutationes exciperit.

17. Pythio. Plurimi qui cum tam violentis indicis morbis corripiuntur aut in intermitentes febres veniunt, aut declinantes in mitiores & breves brevi sanantur: sed si natura eorum euicta sit per continua incrementa feruntur ad mortem vt hic, & indicium plerumque à caulis præcedentibus sumitur, nee tamen si qui sic se habuit in fermento quæ supra vites sunt citò præcipitatur in mortem, qui hæc non passus est aut facile euadit, aut tandem saltem, aut non talia patitur. Hic ergo à secunda die lethale signum passus est, frigebant manus & caput obmutuit voce defectus (hoc declarat Galenus quomodo deterius sit quam obmutescere: nam obmutelcere est locutione priuari, vœ defici est non posse non solum loqui sed neque clamare Diu brevispirus. Prauitas potest dici de tempore, & vocatur celer: aut spissa, seu ex ambabus frequens: aut ad spatium pectoris, vnde it redditque & vocatur parua: cum ergo neque parvam neque frequentem dixerit sed breuem per breuem intelligit parvam & frequentem, atque in hoc ergo declarat refrigerationem membrorum spiritualium. Vnde rectè subiungit rediit calor. In quarta cum accessiones fierent per dies pares eadem tria mala signa passus est (nam Quartum fuerunt causæ vehementes quibus decidit in membra) superaddidit vrinam nigram. Finem tamen Quartæ mitiorem vt etiam Quintæ initium, & contra finem Quintæ, atque initium Quartæ laboriosa. In sexto non mitiora fuere quæ ad exacerbationes: dolores autem ventris grauiores: ob quos clysterem immisit. In octaua aduenit accessione & reliqua sed superadditu spiratio exilis & imminuta, vnde manifestum ipsum

Lang. 3.
Tertij. Epid.
ordinis. 2.

Examen XII. Ægro, Hipp. 45

ipsum laborasse in partibus spiritualibus, & vt Galenus docet cum in prima die cœperit laborare acuta febre, tamen secunda die peruenit ad illam refrigerationem, & hoc docuit esse in causa materiali putridam ac venenoſe qualitatis non expertem, quæ quamdiu putreficit adeo calorem naturalē absumit & extinguit, vt finita accessione remaneat homo tanquam mortuus. Et hoc perdurat donec iterum in sequenti accessione calor succendatur. Ergo in huiusmodi casu calor naturalis singulis accessionibus fit minor, & ad interitum homo peruenit. Oportet igitur in huiusmodi febricitantibus hoc cognoscere & palam est quod eiusmodi ægi ostenduntur nedum non iuuantur, imò graviter ab exsoluentibus omnibus sectione venæ medicamento inedia vigiliis cucurbitalis etiam siccis. Dubium est de frictionibus quoniam calorem excitant alia parte: si quid prodesse potest Theriaci, unicorni, Pezar, & fossilan quædam magis propria vnicuique generi, & sunt è seminum genere & quæ prohibent putredinem; velut instrumentum aut substantiam qualitatis venenoſe, est enim longiuscula inquisitio: cum scire quod diximus sufficiat. Alter modus est in febribus Diaphoreticis syncopatibus. Et tertius in syncopatibus humorosis aut ab ore ventriculi, vt sint quatuor modi (ad quos omnes alij traduci possunt) quorum trium satis perfecitè curam docuit Galenus in Methodo c. III. IV. id est supersedeo. Reliquum est quoniam aliquis dicere posset nonne hæc est accessionis ratio? Dico quod in accessione non obmutescant nec priuantur voce, nec sunt breui spiri nisi ex una illarum quatuor communium causarum dictarum: vel ob vitium oris ventriculi, vt in decimo Methodi: Secundo in hystereticis passionibus: & ego eam vidi in Patria maliere Virginia. Bentiuola Bononiensi in duabus ægritudinibus diurnis: atque in singulis durauit hoc symptoma plusquam per quinquaginta dies: & curata fuit à me & suo medico familiari: & Castoreum inter cætera multum profuit. Et potest demum accidere ex tercia peculiari causa verum. Item à veneno epoto, ysi que fungorum & esu carnium aut piscium putridorum. De spiratione exili & immunita dico quod comparanda fuit breui, cum ergo in breui sit frequenter iam & parvitas & hæc sit minor, igitur oportuit quod in ea foret diminutio non solum in utraque longitudine temporis & descensus ita quod pectus parum attolleretur, sed quod esset parum lata & alta, dico altam parum nunc non comparatione profunditatis sed altitudinis corporis aërio, qui respiratione trahitur & expellitur, ita vt cum sit spiratio ob asperæ attenæ formam sub cylindrica forma antea cum esset sub maiore, tunc erat sub minore.

18. Caluus, Femur dextrum doluit, & obiit in Quarta, Galenus hac in parte nihil prorsus dixit, nisi quod si à caula pro catartica, vt casu sinistro minu. esse metuendum. Quin etiam mitendum languinem contra Hippocratis præcepta. Materia enim turgebat, & quoniam nimis multa erat, nec sectio ne venæ detrahenda, nec fomentis irritanda.

Tom. IX.

sed valido medicamento purganda. Indicio febris non solum acuta, sed etiam ardens: Et quod vbi remissus est dolor materia occupavit cor & cerebrum: ob id frigiditas extre morum vigilæ febris acuta multa vrina: natura protrudere sed infelicitate conante: ideo mala. Et cum dolore desit delirium: ideo statim obiit absque inflammatione, nam si decubuisse iuxta loci rationem diutius perdurasset, ac motus mirum in modum actionem adauger. Huius curam tamen non omnino desperandam duxissemus, & eam, quasi insinuauit Hippocrates ab initio vomitu opus erat, inde fotu præcordiorum & victu dissecante & attenuante.

19. Apollonius in Abderis. Carne bubula lacte vnde nil mirum esset eleuatum fuisse languen. 13. præcordium multo minus si iam eleuatum fuit ob hæc obiisse, dico dextrum & cum dolore. Vnde inflammatione fuit in mesaræ usque ad cauam iecoris pertingens, indicio erant vrina tenues ac etiam nigra: deiectiones variaz: frigus extremorum, loporus & insomni, perpetuum delirium febris cum rigore, & cum capite consensus: materia fuit crassa, ideoque febres non acutæ, sed obliuio, obiit ergo serius vt in XXXIV. occupato cerebro vt lethargus factus sit.

20. Puerpera, ex gemellis febris horrida & acuta, & atræ bilis dominantis signa manifesta. Vrina postmodum pessima tenues nigra & oleosa, quæ calorem significant colliquantem, nam quod in deiectionibus pinguedo in vrinis oleosum, ideo Galenum conuale duodecimo Artis curandi: & sufficit: Cur autem tamdiu perdurauerit (obiit enim in XIV. motus ad inferna in caula fuit, & aliud liquida: & menses quos verisimile est licet imperfectè destuxisse, qui dum virtus valida fuit prodibant.

21. Dealcis vxor. Huius morbus fuit cum delirio & mala spiratione quæ ambo cerebrum laborare grauiter declarabant. In nona die delirium multum inualuit in XIV. quod maius symptoma sit circa spirationem quam rationem: facta est cum spiritu raro & magno ac rufus breui supra: à prima itaque die vellebat floccos & delirabat in XIV. laſa respiratione. Cætera erat signa ad secundum genus pertinentia aut ad primum. Secundi enim voco quæ sunt præludia aut partes primæ: ad quem cuncta signa pertinent quæ secundum naturam sunt, licet mala ex ordine ut accessio, exacerbatio, dolor capititis, sitis, vigilia imbecillitas, vrinarum cruditas ab initio aut si mala sint ob magnitudinem, licet sint genere secundum naturam ut nuper dictum: Et hæc appellauit communia: nam delirium convulsio frigus extremorum in febre calente & continua non sunt signa communia sed propria, & primi generis quia habent caulam notam. Ergo à XVII. amisit omnem rationem & non poterat potum transmittere, quod vt reor non ex difficultate loci accidebat, sed quia transglutire est opus sensus rectricis qui etiam est communis (vt palam est) omnibus animalibus. Et ideo est motus voluntarius: capiendo voluntarium vt medici appellant XX. ad mentem rediit; muta breui spira. Huius reditus eau-

E sam

18. languen. 3.
Bp. ord. 2.

sam ante docui, non tamen tantum superfuit virium ob breuem sp rationem reor maximè ut loqui possit, cum antea etiam multum defatigata loquendo esset. Alias docuimus quod spiratio breuis & frequens velut in accessione laborantibus intra horas X I V. ægrum moriturum nunc at. Subdit huic fuisse perpetuum spiritum rarum & magnum nihil sentiebat: tacitura omnino aut temperloquebatur: perpetuò se contegebat & Phreneticum fuisse. Quare ex dictis XXI. die mori debuit ut etiam accidit. Quod vero dicat perpetuò fuisse cum magno & raro spiritu, & in X I V. quod talis fuisset & rarus breui spirarum est ut etiam Galenus exponit quod perpetuò idest toto morbi decursu intelligendum est. Hac autem phrenetica non fuit purè phrenetica, sed ut Galenus rectè docet ex bile & melancholia (congefta in cerebri substantia non membranis multior inrù in septo transuerso) vixit diutius cum à prima die talis extiterit tum ob febrem ad manum tenuem, tum quod aliquantulum dormiret, fuit enim materia in loco cerebro superiore mixta sanguini paucō supra falcem. Et idēc mitior quod symptoma talia essent sed omnium phrenetidum magis infanabilis. Hac igitur passa est febris horridam, hoc per se bonum, quia intermittentis signum: cum dixit acutam deterius, quia continua, & valide motus cum iunguntur deterius horrida acuta: nā horrida debet discutere. A febre ardente habito rigore superueniente fit solutio: at hæc non dilucfit aliud irritabatur bonum, sed cum nil demiserit malum: rituum enim naturæ opus & molestiam insuper addidit: admonita paululum bibebat, delirij signum cum scire debuisse & rationis lœdi inchoationis si antea delirasset bonum: febres ad manum tenues bonum sed cum his quæ antecesserant & quæ in nona die secuta sunt maximè lethalia: talia propriè sunt medicorum quæ circumueruntur ad comparationem & vocatur syndeome nulli alij communis. At ergo hic solum deest quod ex comparatione haberur & cui comparari & quomodo? hoc autem dictum est alias: velut simili ortu, effectu, fine abscessu, concausa, loco sympathia, antipathia, ratiocinatione, diuisione, comparatione in vino quod offendit ventriculum natura & cogendo cibum: iugis proprietate, somnum prouocat, sitem accedit: eandem cruda illuiae in ventriculo relicta prohibet sexqui alterum decuplum, chilias totum: tempora occasiones & cetera. Ultimum est conlectio & ex ea collectio & que sequuntur, exinde electio, atque demum incertorum eventus auxilia & reliqua. Ut quantitas principium: igitur euacuatio totius: potest enim augeri, quare remoto impedimenti: & ex facili ablacio intemperies: & restitutio operationis: Et rursus materiei euacuatio cuius principium non est quantitas, sed motus naturæ ob quantitate: n: igitur mutatio magna in corpore ob motum (hoc autem principale.) Ideo magnum periculum & magna custodia est opus. Quare ex mutato statu alia subinde ut de Germano in Athiopiam degente. Inde seges considerationum peri-

culorum cautionum & auxilio: Namque cum ad multiplices causas deuenimus non quemadmodum ab initio, vnum aut duo ex uno, sed quatuor aut quinque persæpe ex prioribus proueniunt. Inde (quod maximè aduerendum) ex omnium contentu persæpe mutatio priorum in contraria. Et quasi cuersio, unde diligentia tum singulari opus est: id: quæ est quali apex totius operis & industriae atque inuentio: Non enim idem in medicamento quod educit, vis enim in illo adiuuat idēc minor naturæ motus & cetera quæ sequuntur. Est etiam alter modus seu reducitur ad hunc ab his quæ insunt à causis, à coniunctis atque contrariis. Et ut Poëtis ad dignoscendas syllabas plurimum conduit memoria carminum, ita eruditio memoriæaque dicatorum authorum celebrium, quæ adducendo impingimus in vnum ex his quatuor: inde per precedentem modum ex uno duo tria quatuor, tandem deuenimus in splendores de quibus dictum est.

22. Adolescens in Melibæa, vinum & vnu præcipue iuncta maximè euertunt hominem, siccant plutimum, calefaciunt corpus, lædunt cerebrum, & ventriculum, & in adolescentiæ propriæ cuius sanguis est calidior & substantia mollis & rata. Spiritus magnus & rarus per internallum ostendebat futuram continuam noxam, obseruauit sæpius eiusmodi malam coniugationem vel sic præterquam in uno omnes peremisse, perpetuam autem lethalem & ut in pluribus celerius mortem supernentur significare. Vrinæ quoque tenues & egestiones dilutæ ac biliosæ, omnia phrenesis futurae prænuntia. Perpetua cordis palpitatio & hypochondrij contentio submollis ab utroque latere declararunt septi transuersi inflammationem, cum aliis signis supradictis. Delirium ab initio in prima die modestum fuit ob iuuenit in XX. obiit X I V. Egestiones aut multæ & tenues aut biliosæ & pingues. Vrinæ oleaginæ dissolutionem & colligationem manifestè ostenderunt. Delirium vocat metis aberrationem absque motu violento, cum illo si sit, insaniam, suppresa est vrina. Dixa causa supra, hic fuit motus ad aliam patem & oblinio non solum virtutis animalis sed naturalis expulscis. Sed cur ab initio non sitiebat, non sitient quia non absumitur humidum vel quoniā non sentiunt ob delirium aut quia extincta est facultas animalis ac naturalis simul. Humida enim substantia indiget, & frigida qualitate ut homo siti caret, propterea dixit Philosophus sitem esse appetitum frigidū & humidi. Atque hic appetitus sit in ore ventriculi ut Galenus & iure affirmat: nam & fumes proculdubio sentitur ibidem, contrariatum vero idem debet esse subiectum. Quamvis ob saporum cognitionem quæ est in lingua plures fallantur existimantes ibi fieri sitem. Et licet suis contingat & a pulmone, & corde & iecore ac vtero & renibus ac cerebro, vel ob destillationem aut absque, tamen contingit communicato affectu causæ cum stomacho id est ventriculi ore. Et licet falsa degustata & lingua arida efficere videantur sitem appetitus

lang. XVI.
Hoc expo-
situm habe-
tur Theori-
æ in Me-
moriali Pra-
dictæ c. 1.
sect. 6.

2. de Anima
9. de vnu
part. c. 11.

petitus tamen manifestè in ore ventriculi non in lingua est licet caula potest esse in ea primum. Et ideo cum causa sitis possit esse vel evacuatio humidi luavis, vel resolutio aut calor ut colligitur Quarta Aphorismorum, idè extincio illius sic ab omni sapore frigido: sunt autem eiusmodi insipidus maxime inde acidus post acerbus demum astrigens. Et post quodcumque humidum quod adeo est abundans ut calorem obtundat magis substantia quam exacut qualitate. Ut dulcia & pinguis & magis austera. Vnde vinum eiusmodi extinguit sitim trifariam: substantia humida: qualitate austera, quæ est pars acerbi, vnde aliqui falluntur in cognitione eorum saporum & facultate quia nutrit, & nutrimentum licet sit natura calidum modo non exsiccat plus extinguit quam irritat sitim. Aqua magis extinguit sitim refrigerando quam vinum alias minas cum non nutrit nisi parum admodum, sed toto nutrimenti abluit bilem, aut educit vel extinguit. In adolescentie ergo isto non desit sitis ob id quod multum biberat & secum truxerat ad se partem dulcem, & feruidam id est aquam ardenter ideo relinquunt pars aquosa & persæpe acida, ideo non sitiebat. Indicio fuerunt excrementsa quod etiam ad curam impedimento fuisset cumque bilis in ventriculo efficere soleat quartuor symptomata ut tertie colligitur Tertio in Primum sitis vigilia fastidium cibi & usque ad nauseam & amaror hic in lingua: fastidium & nauseam vnum in ore, aliud in fundo ventriculis ubi

etiam sitis, vigilia vero in cerebro: distinguendum est quando unum non aliud quando plura. Sitis fit cum resolutio magna est aut calor maximus ac tenuissima in substantia quorum utrumque accedit in tallo ut declaratum est alias: falso enim est ex igneo & aquo: acre in crasso magis & minus igneo, erudit tamen magis quam in terreo. Ideo demiror de Galeno qui bili amaror fitum ingentem adapte, cum terreum si crassum sit amorem ostentat: & siccatis partibus cerebri excite vigilias si vero communicetur ori ventriculi etiam sitim facit maximum si tenuis sit ideo aqæ mistum, amaror ergo & cibi fastidium se consequuntur: sitis autem humidam substantiam: delirium & vigilæ vapores ascendentes, hi ascendunt ob febris vehementiam, ideo febris vehemens & affida parit vigilias ex quibus confirmata intemperie delirium. Ergo si delirium circa hand accidat, tamen adsit: caula est in capite & est deterius, si omnino desit: insania quæ pericolo vacat. Putredo enim est causa mortis, & sitis ab ea est inextinguibilis ut ita dicam: & quæ ab his quæ ei proportione respondent: ut esu carnium viperarum. In quarta autem Aphorismorum docere quod ex tuffi extinguitur sitis in ardentibus febribus: si materia ad locum attracta, seu refrigerato corde quod sitim efficit maxima ex parte: seu quod indicium sit materiam morbi esse potius crudam & frigidam quam biliosam & puram: nunquam enim potest esse expers bilis.



CONSILIA MEDICA AD VARIOS PARTIVM MORBOS SPECTANTIA.



CONSILIVM. I.

De Dolore Capitis & sibilo aurium.

SCIBITIS Praeclarissimi Virtutis naturalem complexionem esse caliditatis maximæ cum vivacitate operationum, Cerebri calidi sublimidique; lectoris calidi, quantum vero ad totius habitudinem spectat, esse mediocrem inter extrema: adeo ut quadratus homo possit appellari: calidum celerrimè factum esse, nec sensibus vigere, quæ duo potius siccitatem quam humiditatem iudicare videntur. Scibitis quoque eum pati antiquum capitum dolorem periodicum qui semicrania à nonnullis; à bal. 2. *de compof. medicam. secundum loco cephalæ nuncupatur ac pati etiam continuum sibilium annis dextræ cum gravitate, cerebri que primario affectu in praefentia his mor-*

Tom. IX.

bis laborare, & anno superiori à tali dolore in coma incidisse. Licet cephalæ tam a frigida quam calida causa possit provenire, sibilus ille tamen continuus cum gravitate comaque anni superioris materiam potius crassam & frigidam indicat, à qua vapores fuliginosi elequantur, cui forte aliquid materia calida à membris inferioribus transmissa, propterea scribitis, posset admisceris. Pro his malis affectibus remouendis praesidia quæ ruruntur quæ licet à medio abiente vix trahi possint, tamen scribam quæ mihi magis donea videntur, & in primis in regimine potus & cibi, evitantur cui fractuosi omnes & caput vaporibus repletentes, atque crassum & viscosum nutrimentum dantes, quorum enumerationem praesenti medico relinquimus. Vinum vero sit mediocris potentia & saporis, & substantia subtilis in colore alutum vel medijs coloris. Quantum vero ad curam spectat. Prima intentio curativa erit tantum corpus inani res: secundò, caput enarrare: ter-

E 2 10d,